

Ad Matutinum

1. Cor contrítum

Cantoral IV, f. 4r
Breviarium, f. 314r

Ps 50: 19

ANT. III

Cor con - trí - tum et hu - mi -

li - á - tum, De - us, non des - pí - ci - as.

Salmó

-1

Ps 50: 3-21

1. (Ps 50: 3) Miserere **mei Deus**, *secúndum magnam misericórdiam **tuam**.
2. (Ps 50: 3) Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, *dele iniquitátem **meam**.
3. (Ps 50: 4) Ámplius lava me ab iniquitáte **méa**: * et a peccáto meo **munda** me.
4. (Ps 50: 5) Quóniam iniquitátem meam **ego cognósc**o: *et peccátum meum contra me **est semper**.
5. Tibi soli peccávi, et malum **coram te feci**: *ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum **judicáris**.
6. Ecce enim in iniquitátibus **concéptus** sum: *et in peccátis concépit me **mater mea**.
7. Ecce enim **veritátem dilexisti**: *incérta et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti **mihi**.
8. Aspérges me **hyssópo**, et **mundábor**: *lavábis me, et super nivem **dealbábor**.
9. Audítui meo dabis **gáudium et laetítiam**: *et exsultábunt ossa **humiliáta**.
10. Avérte fáciem tuam a **peccátis meis**: *et omnes iniquitátes **meas dele**.
11. Cor mundum **crea in me**, **Deus**: *et spíritum rectum **innova** in viscéribus **meis**.
12. Ne projicias me a **fácie tua**: *et spíritum sanctum tuum ne **áuferas a** me.
13. Redde mihi laetítiam **salutáris tui**: *et spírítu principáli **confirma** me.
14. Docébo iníquos **vias tuas**: *et **ímpii** ad te **converténtur**.
15. Líbera me de sanguínibus, **Deus**, **Deus salutis méae**: *et exsultábit língua mea **justítiam tuam**.
16. Dómine, **lábia mea apéries**: *et os meum annuntiábit **láudem tuam**.
17. Quóniam si voluísses sacrificium, **dedíssem útique**: *holocáustis non **delectáberis**.
18. Sacrificium Deo **spíritus contribulátus**: *cor contrítum, et humiliátum, **Deus**, non **despícies**.
19. Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte **tua Sion**: *ut aedificéntur muri **Jerúsalem**.
20. (Ps 50: 21) Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiões et **holocáusta**: *tunc impónent super altáre tuum **vítulos**.
21. Glória et honor Patri et **Fílio**, *et **Spirítui Sancto**, *in saécula saeculórum. Amen.

Antífona: Cor contrítum